

114 COMMENTARIUS IN JEREMIAE

Consilium ergo Jeremias tendebat ad Regis & Urbis conservacionem, non autem in utriusque prodictionem, sicut ex ore Domini Prophetarum disertis verbis indicat vs. 8. Hæc dicit Dominus: Ecce ego dico vobis viam vitae, & viam mortis. Qui manserit in urbe hac, morietur gladio, & fame & peste: qui autem egressus fuerit, & transfugerit ad Chaldaeos, qui obsident vos, vivet, & erit ei anima sua quasi spolium. Posui enim faciem meam super civitatem hanc in malum, & non in bonum, ait Dominus. Hæc igitur ex consilio Iehovæ, non Prophetæ proficicebantur, quia Dominus & reliqua scelera Iudeorum, & perjurium Zedekiae, quo fidem Chaldaeo datam fregerat, vindicare volebat.

¶. 11.

In (3) parte hortatur Regem & Consiliarios ad administrandam Justitiam inanè i.e. abiq; mora, absq; dilatione, qvæ alias in contrave siis forensibus quasi propria, ne exardecatur ira DEI, ignis instar, & absument totum regnum, & maximè sedem regni, Sionem civitatem Davidis 2. Sam 9. qvæ in rupe sita & undiqvaq; montibus ac valibus circumvallata Psalm. 105, 2. absq; justo ipsius iudicio propter peccata, qvæ somitis instar sunt ratione pœnarum. Unde exoriturus ignis absumentus saltum i.e. Hierosolymam, cuius sedes maxima parte ex cedris saltus Libani extructa; Unde etiam Libanus appellatur Zach. 11, 1. per Metonym. cause.

¶. 12.

¶. 13.

¶. 14.

¶. 15.

Ἄξιομνησόντα.

1. Τὰ λεξικά.

(1) Deus convertit armas Iudeorum in ipsos Iudeos. (2) Tres plagiæ Cardinales. (3) Ira DEI, ignis.

2. Τὰ γνωμικά.

Ediscatur vs. 5.

3. Τὰ δημηγορικά.

Expediri potest hujus capitis explicatio unicâ concione: Pertinet illud ad X. Trin.

CAPUT XXII.

1. Nexus.

IN proximo capite Regem & consiliarios ejus per legatos ad se missos Prophetæ ad studium justitiae domi suæ cohortatus est: In hoc iam capite eandem cohortationem in domo Regis auctoritas ad Regem instituere jubetur.

2. Argu-